

## OBSERVAT. IV.

**U**xor Dn. Matth. Beck / Ulm.  
mercatoris, gravida & jam partu vicina, pleuritide correpta cum excretione materiae purulentæ sat olidæ, dolore pungente, alvo adstricta, & ingenti ventris tormine. Pro dolore mitigando lambat:

Ol.amyg.d.rec. 3ii. cum fac.cand.  
al. 3j. M.

Pro abstersione materiae:

¶. Aq. scab. 3i. hyss. card.b. bor.  
a. 3i. fac.cand.al. 3ij. man. Chr. perl.  
3ij. M.

De hoc etiam syr.sumat. 1.2. coch.

¶. Syr.liquir. 3i. viol.f. 3j. d. adianto. 3vi. M.

Lateri dol. apl.lint.imbutum seq.  
ol. & expressum. ¶. ol. chamo.a.  
neth. amyg. d. a. M.

Cum ingens querela de alvo adstricta & cruciatu quasi ventrem diveniente, hoc clyisma injectum:

¶. Ol.amyg.d.chamo.a. 3i. mell.  
anthos. 3i. facch.rub. 3j. vit. 2. ouor.  
brodii Gall. 3x. M.

Id per 3.horas retinuit, postea excrementa remollita in copia rejecta, dolor sopitus, & foetus exclusus salvus ac incolumis. Illud clyisma albo calculo est notandum, in gravidis & puerperis, si alvus adstricta, vel tormina infesta.

Aq.cordialis etiam proficua :

¶. Aq.bor.bug.ceral.Ros.an. 3i.  
meliss. 3j. cinna. 3vi. marg.præp. 3i.  
man. Chr. perl. 3i. M.

## De Phtisi.

## OBSERVAT. I.

**C**um Illust. ac Generofus  
Dn. Wolfgangus L. B.  
ab Herberstein/an. 19.  
de tussi questus, inclinationem habens ad Phtisi-  
fin et si tum nihil purulenti excrene-  
ret, & ad illam mitigandam, Medici  
Argentoratenses, ubi tum commo-  
ratues, in vanum laborassent, Ullman  
rediens meo usus constio, ordinavi:  
¶. Sp.aroma. Ros. 3j. sp.diatrag.  
frig. 3i. sem.cor.præp. 3ij.sem.anisi.

¶. facch.ros.tab. 3i. f. Trag. Eâ usus  
super pane tosto vino madef. a cibo.

Valde commendabat sibi adeò  
profuisse, ut nihil tussis ultra annum  
fenserit. Sed cum itinere in Styriam  
suscepto, per alpes nivofas Equis ve-  
redariis vectus, exin corpore alias  
pusillo & molli, concusso ac con-  
quassato, & in victus ratione delin-  
quens, in tussim recidit, Ullmam re-  
versus, diu cunctatus, antequam me-  
dicamenta usurpasset, tandem me  
accer-

accessi curavit, cum olim à me ordinata rām proficua: sed nimis lērō, cum Pulmones ulcere depascente detenti, rejecta materiā purulentā & acri, tuſli pœnē affiduā, perseverante. Varia administrata, sed absque fructu notabili. Præ ceteris hic pulvis multum contulit in materiā purulentā mundificanda.

℞. Pul. Haly. ʒvi. sp. diat. fr. ʒij. diair. l. ʒj. sac. can. al. ʒj. penid. ʒiſ. man. Chr. perl. ʒiſ. f.p. cum iuſc. & pane vino mad. exhib. Quin & alijs Medicus in consilium adhibitus, at omnis noster conatus irritus, quin ex hac miseriārū valle, evocatus ad superos,

## OBSERVAT. II.

*A chronicō pectoris affectu immunis redditus.*

**Q**uidam Italus 26. annorum complexionis à prædominio melancholicæ, ultra biennium pectoris angustia cum difficiili respiratione laborans, tuſli insuper molestatus, excreta materia viridi, ardorem etiam circa anteriorem pectoris regionem percipiens, aliquando sanguinis rejeſtio per os successit, exin haud levis conjectura, pulmones malè affectos & phthisi obſeffos. Cum Patientis ille Stutgardii negotiorum cauſa commoratus, cujusdam Medicis uſus consilio, eo frustraneo, cum indies deteriora ſubsecuta ſymptoma, Ulmam pertingens, cognito, me complures illius conterraneos, gravioribus morbis decumbentes, felici auspicio restituiffe, me accessit & meum efflagitans ſubſidium. Eſi prima fronte morbi, videretur ita comparatus, ut ambigua medicatio cefenda, non minus vela ventis committere & Fortunam experiri

placuit, à ſuperis exſpectando optatum ſuccellum. Cum animadvertem in pectori hospitari humores pituitofos & biliosos, primò ordina vi: ℞. Rhab. El. Rad. Jalap. an. ʒij. Cremor. Tart. gr. xij. decocti pectoralis cum ʒij. fol. ſen. ʒij. f.p.

Exin aliquot ſeceſſus habuit, ſuccedente multo liberiore respiracione. Ad reliquias penitus tollendas, præſcripsi hydromel. laxat.

℞. Rad. Enul. Irenos Flor. polyp. queri rec. an. ʒij. herb. Hyſſ. veron. absint. rom. card. b. adianti utr. an. p.j. fol. ſen. El. f.f. ʒx. agar. rec. tro. R. Jalap. an. ʒij. Rhab. El. ʒiſ. crem. Tart. ʒiſ. Jujub. ſebest. an. ʒiſ. cinnamo. gal. an. ʒiſ. cum ſindon. al. f. ſacc. pro Mens. hydromel. de quo itb. f.

Calidè jejunio ſtomacho, hora una ante prandium hauiſit, benigna & ſufficienti operatione peracta, anhelitus expeditior ſucceffit, & ardor

R. 2. pectoris

pectoris recessit. Ad pulmones à for-  
ditie emundandos.

℞. Loh. sani & experti. ʒij. spec.  
dair. simpl. ʒij. sp. diatrag. frig. flor.  
sulph. rite præp. an. ʒβ. syr. liquir. Ju-  
jub. an. q. fl.

F. Eclegma liquidum, cum bacillo  
liquiritia sumendum manè & antè  
cubitum per dies 14. continuando.

Pro potu quotidiano ordinatum:  
℞. R. Chinæ El. rafuræ ligni san-

cti. an. ʒvi. liquirit. rasæ. ʒv. Jujub.  
Sebesten. an. ʒvi. cinnamo. ʒij. con-  
cisa. M.

De quo ℥. quantum volâ manus  
comprehendendum, decoq. in Mens.  
2. aq. aliquot. ebullit. id merum bi-  
bendum vel interdum vinum eo  
contemperandum. Intra paucas se-  
ptimanas ab illo gravamine levatus,  
& cum antea macilentus, corpulen-  
tior evasit.

### OBSERVAT. III.

Filiola Anna Catharina 9. ann. Dn.

Joh. Eitelii Neubrunneri in **Eisenburg**/ Generi mci, Naturæ me-  
lancholicae, cum diu anhelitu fæti-  
do, corruptionis internæ indice, mo-  
lestata, tandem forex se prodidit,  
qualis interius latitans causa, cepit  
tussi exagitari cum excretis cruentis  
& purulentis, veræ phtiseos indu-  
bium argumentum. Interdum etiam  
portiunculae de ipsorum pulmonum  
substantiâ rejectæ animadversæ, non  
meo tantum, sed & aliorum spe-  
ctantium, judicio. Cum exulcerati  
pulmones, cō eram sedulò intentus,  
quo materia purulenta abstesta re-  
moveretur, nē ob diurniorem  
moram, latius serpendo, majorem  
corruptelam acquirat & pulmonum  
substantiam indicis magis corrodat.  
In primis contulit ista aq. pectoralis,  
cujus non unam mensuram assump-  
psit, noctu & interdiu 2. 3. cochl.  
ſensim deglutiens.

℞. Aq. scab. ʒij. Hyſt. Veron. tuſ-  
ſil. an. ʒ2. card. ben. ʒiſ. fac. cand. al.  
ʒvi. M.

De pul. hoc pectorali aliquot uncias  
per morbi decursum accepit, ter  
in die super pane tosto vino mad.  
manè, à meridiæ & antè cubitum.

℞. Pul. Haly. ʒij. sp. diatr. fr. ʒj.  
dair. l. ʒβ. fac. cand. al. ʒβ. penid. ʒvi.  
man. Chr. perl. ʒij. f. p.

Cum autem interdum ingenti tuſ-  
ſi exagitata, ut metus suffocationis  
immineret, nec materia procederet,  
observatum, materia purulenta ex-  
cretionem ab hujus usu confestim  
subſecutam.

℞. O!. amyg. d. rec. ʒ3. fac. cand.  
al. ʒij. M. cochl. 2. cum juſc. Gall.  
cal. exh. vel etiam per ſe.

Interdum ad infringendam ma-  
teriæ acrimoniam:

℞. Syr. Jujub. ʒ2. liquir. pap. er-  
rat. an. ʒj. M.

Uſa etiam crebrò troch. bech. de  
Radice

**R**adice Ircos. Pro potu seq. dec. Intra mensis spatum est restituta usurpatum.  
*℞.* Rad. Chin. ʒvz. lig. sancti. ʒβ. præter meam & aliquotum spem, in-  
 liquir. ʒj. passim. i. Jujub. dact. a. ʒvi. credibilis copia materie purulentæ  
 & cruentæ, interdiu & noctu, excre-  
 cinnam. ʒβ. de quo ℥. m. ʒ. dec. in ta per russim. Erat autem in assumen-  
 aq. Mens. 2. ℥. Syr. Jujub. ʒz. pap. dis pædictis remediis abhorrens à  
 errat. ʒj. M. Morte, obsequentissima.

## OBSERVAT. IV.

*Singulare exemplum Phtisis in tribus fratribus  
 non hæreditariæ.*

**N**Ob. Dn. Doctor Leo Krafft/  
 Patricius & JC. Ulm. tres ha-  
 buit filios adultos, major natu exce-  
 dens ann. 30. medius 28. minor 24.  
 qui omnes, licet duorum Medicorum  
 opera adhibita, annuo spacio  
 phtisici, è vivis sublati. Res stupen-  
 da, antea inaudita & nunquam le-  
 ctione mihi cognita, eò magis mi-  
 randum, cum neuter parentum illi  
 morbo obnoxius & è diametro di-  
 versa illis & Narura ac temperatu-  
 ra obtigerit, Senior erat complexio-

nis melancholicæ & macilentæ, me-  
 dius autem corpulentus inclinabat  
 ad Naturam sanguineo phlegmati-  
 cam, junior vilus pæditus bona ac  
 laudabili corporis constitutione.  
 Quoties illorum recordatio obve-  
 nit, tories fatalis illa trium Fratrum  
 dispositio, animum meum admirab-  
 dum percellit, qui licet tempe-  
 ratura contraria obvenerit, ætas &  
 vitæ ratio diversa, eodem tempore,  
 uno codemque morbo defuncti.

## Decordis palpitatione.

## OBSERVAT. I.

**N**Obiliss. Virgo Maria Eli-  
 abetha Claudia, 18. ann.  
 Filia Nobil. Dn. Philippi  
 Caroli de Welden / in  
**Laphheim** / cum tam vehementi  
 cordis palpitatione molestata, ut  
 motus in pectore non contactu tan-  
 tūm depræhensus, sed & visui ob-  
 vius, à serosa & vaporosa materiâ,  
 capsulam cordis, seu pericardium  
 obsidente, cum insigni faciei pallo-  
 re, labiorum livore, conjunctus erat  
 morbus virgineus, proficisciens à  
 crassis ac lentiis humoribus pituito-